

CAPVT XIII.

TITVLI OPERVM LOCORVMQVE PVBLICORVM.

TERMINI.

TITVLI NONNVLLI AEDIFICIORVM PRIVATORVM.

Lex operum Puteolana.

5317 Ab colonia deducta anno XC<sup>1</sup>, | (2) N. Fufidio N. f. M. Pullio duovir., | (3) P. Rutilio Cn. Mallo cos.<sup>2</sup> | (4) Operum lex II. |

(5) Lex parieti faciendo in area, quae est ante | (6) aedem Serapi trans viam. Qui redemerit, | (7) praedes dato praediaque subsignato | (8) duumvirum arbitrato. |

(9) In area trans viam paries qui est propter | (10) viam, in eo pariete medio ostiei lumen<sup>3</sup> | (11) aperito, latum p. VI altum p. VII facito. Ex eo | (12) pariete antas duas ad mare vorsum proicito | (13) longas p. II, crassas p. I<sup>4</sup>. Insuper<sup>5</sup> id<sup>6</sup> limen | (14) robustum long. p. VIII, latum p. I<sup>7</sup>, altum p. S<sup>8</sup> | (15) inponito. Insuper id et antas mutulos<sup>9</sup> robustos | (16) II crassos S<sup>9</sup>, altos p. I proicito extra pariete | (17) in utramq. partem p. IV. Insuper simas pictas | (18) ferro offigito<sup>10</sup>. Insuper<sup>5</sup> mutulos trabiculas | (19) abiegneas II, crassas quoque versus S.<sup>11</sup>, inpon[er]ito<sup>12</sup> || (2, 1) ferroque figito. Inasserato asseribus abiegneis | (2) sectilibus, crasseis quoque versus S<sup>13</sup>; disponito ni plus S<sup>14</sup>. | (3) Operculaque abiegnea inponito; ex tigno pedario | (4) facito. Antepagmenta abiegnea, lata S<sup>15</sup> crassa E<sup>16</sup> | (5) cumatiumque inponito ferroque plano figito. | (6) Portulaque<sup>16</sup> tegito tegularum ordinibus seneis | (7) quoque versus; tegulas primores omnes in ante-(8) pagmento ferro figito; marginemque inponito. | (9) Eisdem<sup>17</sup> fores clatratas II cum postibus aesculneis | (10) facito statuito ocludito picatoque ita, uti ad aedem | (11) Honoris facta sunt. Eisdem maceria extrema paries | (12) qui est, eum parietem cum margine altum facito p. X. | (13) Eisdem ostium, intro itu in area quod nunc est, et | (14) fenestras, quae in pariete propter eam aream sunt, | (15) parietem<sup>18</sup> opstruito. Et parieti, qui nunc est propter | (16) viam, marginem perpetuom inponito. Eosq. parietes | (17) marginesque omnes, quae lita